



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Est temen plerisq[ue] etiam Aduersarioru[m] modestia amabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

præbebat Catholicis, cum sit anser stridulo clare
 gore ingratus, spurcitia infamis, qui appetere præ-
 ra dicatur loca, sed nullum vbi fuerit, purum
 linquere: contra verò tot nominibus commende-
 detur Canis fidelitas, & custodia: idemq; sancto-
 rum virorum Bernardi, atq; Dominici claritatem
 in verbi diuini prædicatione, & Christiani
 gregis tutela diuinitus præmonstrarit. Nam san-
 cto gregi Agnorum, & Ouium, anserum ne,
 Canis excubiæ conueniunt? Quid igitur negotium
 erat operoso hexametro senarium pedestrè sub-
 scribere. At, qui Canem odere, haud oues sunt, sed
 lupi. Non pauci quoq; anserino de grege, qui vo-
 lebant doctiores, & sagaciores haberi, aiebant Ca-
 nisium, ac ceteros Iesuitas vere esse homines do-
 ctos, sed per nimium studium erga Papam, quan-
 nosse veritatem premere, ac nolle populo eu-
 gare. Canisium vero nominatim, quanquam
 subinde nonnulli è fece plebis petulanter ince-
 ferent, vt aliquando etiam sacrificans per templi
 fenestras lapidibus petitus sit, tamen & Hussitas
 vulgo, & Iudæi amabant, & mirabantur. Tanta
 in singulari illa scientia morum lenitas, & mode-
 stia emicabat. Catholicorum autem erant non
 pauci

*Est tamen
 plerisque e-
 riam Aduer-
 sariorū mo-
 destia ama-
 bilis.*